

ejus fata cum Eberhardo Sinzendorffio & Michaele ab Oberheim tutoribus liberorum suorum , ratione Toparchiae Wasen Anno 1414. convenit. [p] Sequenti Anno 1415. Michael Oberheimer Equestris Ordinis Vir trecentas tres liberas denariorum Eberhardo Sinzendorffio mutuas dedit. [q] Idem tutorio nomine defuncti Johannis Sinzendorffii filiorum feuda Paslaviensia Anno 1418. recognovit. [r] Georgii Sinzendorffii memoria iterum occurrit in documento quodam de Anno 1428. (s) Johannes de Sinzendorff autem litem cum Catharina Ehrerin / agitatem Herici Nothafftii & Georgii Frauenbergeri laudo Anno 1430. decidi passus est. (t) Catharina ab Oberheim nata Sinzendorffia Fratri suo Georgio dimidiam partem Castris Wasen assistente Agnato Johanne Sinzendorffio Anno 1433. vendidit. [u] Georgius ille Sinzendorffius in tribus aliis Documentis de Annis 1437. 1439. & 1455. quæ in Archivo Statuum Austriæ custodiuntur , celebratur. (x) Eidem Petrus Krillenberger in carcere aliquamdiu penes Sinzendorffium detentus, cautionem de non vindicando injuriam Anno 1456. præstitit. [y] Bernhardus & Wolfgangus Sinzendorffii in Hauß / cum Affini suo Christophoro ab Hohenfeld Equite Castellano in Frankenburg/ pactum de retrovendendo bona ab ipso acquisita Anno 1466. inierunt. [z]

(a) *Archiv. Statuum N. 362.* (b) *Ibi N. 1009.* ♂ 1012. (c) *Ibi N. 1027.* (d) *Ibi N. 1102.* (e) *Ibi N. 1130.* (f) *Ibi N. 1146.* (g) *Ibi N. 1152.* (h) *Ibi N. 1233.* (i) *Ibi N. 1243.* (k) *Ibi N. 1525.* ♂ 1572. (l) *Ibi N. 1626.* (m) *Ibi N. 1648.* (n) *Ibi N. 1705.* (o) *Ibi N. 1865.* (p) *Ibi N. 1883.* (q) *Ibi N. 1932.* (r) *Ibi N. 2022.* (s) *Ibi N. 2213.* (t) *Ibi N. 2246.* (u) *Ibi N. 2314.* (x) *Ibi N. 2391.* 2447. ♂ 2819. (y) *Ibi N. 2840.* (z) *Ibi N. 2986.*

CAPUT XII.

BARONES DE GILEIS.

Barones de Gileis à multo tempore in Austria floruerunt. Ad sunt enim in Archivo Statuum Pacta dotalia inter Albertum Gileis & Judith Dietherici sive Theodorici filia ab Hundsheim An: 1348. inita, quibus Fratres ejus Otto & Theodoricus Gileisi appositis Sigillis gentilitiis robur addidere. [a] Rudolphus Austriæ Archidux feuda quædam per mortem Conradi Gileis Ottonis filii sibi apperta Anno 1361. in alium transtulit. [b] Porrò Jacobi Gileisi in litteris emtionis Anno 1376. datis mentio occurrit. (c) Andreas Buchschütz oppignoravit Anno 1388. terram illam , quam à Theodoro [Trost] & Dietherico Gileisi comparaverat. [d]. Johannes Gileis custodiâ in quam Alberti Austriæ Ducis juslu